Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



faciant admonent. Hoc fecerunt p̄cedentes fortissimi
patres. hoc nos etiā licet infirma mente paruuli facim⁹.
Sed iam quid dicant audiam⁹. Alleluia laus & gl̄a & uir-
tus d̄o nr̄o. Hoc ē alleluia dicere. scilicet q̄d laus. quia
omnis creatura celestis & terrestris. d̄m laudare debet.
Et gl̄a. id ē honor & exultatio. Et uirtus d̄o nr̄o ē. quia
ipse uicit diabolū. & electis suis potestatē uincendi
tribuit. quib⁹ ipse dicit. Confidite. ego uici mundū.
Quia uera & iusta sunt iudicia eius. quib; scilicet iu-
dicauit. ut hii qui sanguinē fuderunt sanguinē
bibant. hoc ē uindictam sanguinis sustineant.
Hinc psalmista dicit. Iustus es d̄ne. & rectū iudiciū tuū.
Qui iudicauit de meretrice magna. id ē de omī malorū
multitudine. Quę corrupit terrā. hoc ē se ipsam.
In p̄stitutione sua. id ē in inmundicia carnis. uel
idolorū cultura. seu etiā in dilectione terrenarū
rerū plus quā celestiū. Et iudicauit sanguinē
seruorū suorū de manu ei⁹. quia sicut illi effuderunt
eorū sanguinē ita & ipse fudit sanguinē illorū.
Vel effusionē sanguinis possum⁹ intelligere sp̄ualit̄
sicut sup̄. Sanguinē enim sc̄orū fuderunt. quia
sp̄ualem sensū corruperunt. Et quia illud q̄d uita-
le erat in diuinis eloquiis effuderunt & in carnale
sensū uerterunt. ipsi quic [illegible] quid uitale ha-
bent amittent. Et [illegible] iterū dixerunt alla.
Geminatio sermonis [illegible] confirmatio ē. Eccl̄a.
enim semp̄ indesinenti affectu d̄m laudat. Ex cui⁹
p̄sona psalmista dicit, Benedicā d̄no in omī tempore semp̄
laus eius in ore meo. Duoq; meretricis in hoc loco
facta memorant̄. q̄d uidelicet. hoc ē seipsā malis
terrā